

FUNDAMENTVM

*ceps solutio reliquorum Triangulorum obliquangulorum sphericorum, sed non tam vsita-
torum.*


IX. De solutione reliquorum obliquangulorum in genere.

Verum præter iam indicatam atq; monstratam Byrgianam ac peculiarem duorum vsitatorum obliquangulorum, solutionem, vulgaris solutio plerorumq; obliquangulorum præter primum nempe, dependet è solutione Rectangulorum, perficitur enim atq; absolvitur per reductionem obliquangulorum ad Rectangula. Notâ itaq; atq; perceptâ Rectangulorum solutione, non ignorabitur solutio obliquangulorum, per Reductionem nempe eorum ad Rectangula. Ea q; verò Reductio obliquangulorum ad Rectangula fit aut per Dimissionem è vertice Trianguli in oppositam basin arcus perpendicularis, ipse namq; dimissus arcus perpendicularis dispescit atq; dislocat Triangulum obliquangulum in duo Rectangula, nec non æquicrum in duo equalia: aut fit per continuationem arcuum Trianguli obliquanguli adusq; quadrantes seu semiperipherias, nec non angulorum amplitudinum ad vnum aut duos Rectos, æquè ac in Rectangulis factitatum est. Dicemus itaq; primum de Reductione ac solutione per Dimissionem, postea verò per continuationem.

Postulatum.

Arcum perpendicularem in Triangulo obliquangulo ad miniculo sinuum inuestigare. Ut Radius seu maximus in Canone sinus ad sinum dati alicuius anguli, sic sinus dati alicuius arcus ad sinum dimittendi arcus perpendicularis, siue intra siue extra ipsum Triangulum cadet. Per 6. (Sic & æquè in planis Triangulis, sed ipsis lateribus ibi pro arcuum sinibus assumptis.)

Diagramma Dimissionis.



Atq; hoc modo in Triangulo obliquangulo arcu perpendiculari seu normali inuento,
ipsum